

ne insignit *Psal. XXII. 7.* אִישׁ וְלֹא אִישׁ *Ego sum*  
*vermis, non autem Vir.* *Aben Esra in Comment, ad h. l.*  
*Bibl. Ruxtorff, fol. השיי i. e. 716. col. 1.* sequenti nos  
 impertit commentatiuncula : רְחוּק חוּנֵי שִׂיאָמֵר  
 אִישׁ דַּעַת עַל עֲצָמוֹ שֶׁאֵינְנוֹ אִישׁ רַק יִרְבֵּר כִּנְגַד הָאוֹיְבִים  
 שֶׁהֵם יִבְזוּהוּ וְאֵינְנוֹ נֶחְשָׁב בְּעֵינֵיהֶם לְמֵאוֹמָה  
*i. e. longè petitum est, virum sapientem de se ipso dixisse, quod non sit*  
*Vir, veruntamen loquitur respectu Inimicorum, quod illi eun-*  
*dem aspernentur, atq; nihil quicquam in ipsorum oculis valeat.*  
 Enim verò loquens hic introducitur non *David*, sed *Messi-*  
*as*, in profundissimæ exinanitionis statu constitutus, atq;  
 interiori dulcedine, ex inhabitantis deitatis sensu obortâ,  
 planè destitutus, *Math. XXVII. 46.* Quid mirum itaq; Ser-  
 vatores, cum gravissimis inferni doloribus conflicta-  
 tum, sub vermiculi vilissimi schemate miseriæ suæ api-  
 ces exponere? Quid verò *vermis* nomine hic intelli-  
 gatur, jucundè edisserit *Gussetius in Comment. Lingu. Ebr.*  
*p. m. 901. a: Pausanias in Phocicis rem apertè docet, ajens, na-*  
*sci ex cocco vermem, ex cujus in fructu adhuc manentis san-*  
*guine fiat lanorum tinctura, ut facilè intelligamus, cur color*  
*coccineus à verme denominari potuerit.* Conf. *Gejer. in Com-*  
*ment. h. l. col. 311.* Accede jam Clerice, paucis te volo!  
 Ergone pristini Ethnici Deum reputarunt pro contem-  
 ptissimo vermiculo, ut indè velut ex fonte emanarit al-  
 legatus Scripturæ fermo: *Sum vermis?* Cur igitur אֲנִי וְכָל  
 אֲנָשִׁים Ethnicismi esse vestigia, plenis proclamas buccis?  
 Nondum te dimittam! *Cornu salutis Deus dicitur 2. Sam.*  
*XXII. 3. Ps. XIX. 3. & Messias Salvator Luc. I. 69.* Sicut cornua  
 feras defendunt, & in illis robur earum exseritur, contra ad-  
 versa, & inimica ejus; Sic DEUS fortissimus piorum defensor  
 est. --- Verbo cornu robur ac potentiam ( ut usurpatur *Pf.*  
 LXXV.